



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Sepultura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## SE P U L T U R A .

PRImò: ubi quis debeat sepeliri, non eligens sibi sepulturam, vide Sylvest. *in ver. sepultura. num. 8.* ubi habes multa, & habui in facto, dum essem Vicarius Compzæ, & litigabatur an filius minor, sive impubes, sive infans, esset sepeliendus in sepultura avi, vel patris, & tuit sententiatum, quod in sepultura patris, *c. is, qui, §. mulier. de sepultura, lib. 6. glo. ibi, in ver. vel parochiali.* Sylv. *loc. cit. ver. 7. Abb. in c. 1. n. 5. sepul. Oldrad. conf. 25. Io. And. in Novellis, & Gem. in dicto c. n. 9.* hinc fit, minorem quatuordecim annorum non posse sibi eligere sepulturam, *ca. licet, & Anchar. nu. 1. de sepul. lib. 6.* & generaliter quilibet adpuitus, & discretus potest eligere sepulturam, Innoc. *in Rub. de sepul. initio. sac. Congr. declarat. 217. in meis*, censuit in hæc verba. *unusquisque potest sibi sepulchrum quodcumque voluerit eligere, modò quartam funeris parochia sua persolvat.*

Secundò, an, & quando vendi possit sepultura? vide eund. Sylve. *loc. cit. §. 2. Ang. eodem, ver. §. 1. Selva tract. de benef. 4. p. 9. 6. n. 5. iuxta medium*, ubi dicit, tumbam, seu sepulturam, destinatam pro sepultura posse vendi, per gl. *in c. abolenda, de sepul. imò Inn. in d. c. n. 1.* dicit, quod sepultura potest vendi, antequam consecrata sit per Pontificem, vide Anchar. *in ca. alma mater, num. 14. de sen. exc. lib. 9. Host. in Sum. tit. de sepul. §. quid si sepultura*, dicit posse vendi, quando in ea nullus sepultus fuerit, quia per hoc fit locus religiosus, *c. quæst. §. c. postquam,*

13. *qu. 2.* similiter terra, in qua sit sepultura, vendi potest, si aliàs sacra non fuerit, Addit. ad Host. *in Sum. litera, C.* sed non potest vendi dominium, nisi solum proprietatis, & usus, Nav. *conf. 1. de sepul.*

Tertiò, quid debeat pro jure sepeliendi solvi? Attendenda est locorum consuetudo: nam alibi aliquid, alibi nihil, nisi quarta funeralis, de qua *in ver. legatum, & in ver. quarta, Conc. Trid. sess. 25. c. 13. de refor. Sylv. loc. cit. ver. tertia, gl. in d. c. abolenda, in ver. exigere.* faciunt quæ notantur à Nav. *c. 23. nu. 106. Sot. lib. 9. q. 7. ar. 1. circa medium, de iust. & iure, Cajet. in Sum. in ver. simonia.*

Quartò, sepultura, licet per privilegium concedatur libera, tamen non tollitur propter hoc quarta canonica debita Curato, Pan. *in c. certificari, col. 3. num. 10. de sepul. Reb. in de differ. inter privil. rescript. & mand. n. 17.* & an possit concedi ab Episcopo jus sepeliendi Ecclesiæ, quæ non habet populum, vide Abb. *in c. certificari, n. 8. & 9. hoc titulo.*

Quintò, sepultura non debet negari excommunicato confesso, licet non satisfecerit, Bald. *in Marg. Inn. in ver. sacerdos, q. 2. idem tenet Cap. Tolos. q. 368.* & ibi addit. etiamsi esset publicè excommunicatus, & fuerit absolutus in foro pœnitentiæ.

Sextò, an omnes cooperantes, associantes, vel officiantes in funere, vel ad sepulturam excommunicati, sint excommunicati: responderetur, quod sic. Cap. Tolo. *quæst. 327.* & ibi Additio.

Septimò, non omnis Ecclesia habet cæmeterium, nec sepulturam, sed quæ

FFF

habet

habet populum, vel ex privilegio, & ita non potest in aliis eligi sepultura. Inn. *loc. cit.*

Octavo, an Ecclesia debeat habere aliquid pro jure sepulturæ? respondetur. quod sic. Inn. *in ca. 1. & in cap. relatum, nu. 3. de sepult.*

## SALARIIUM.

PRIMO, debetur servienti pro rata temporis, quo servivit, fallit in mortuo, quod non debetur ad hæredes, si moritur infra annum, vide alias limitationes tam de Advocato, de Doctore legente, quam de famulis, & de officialibus. Capyc. *dec. 125.* & Sylvest. *in ver. familia, nu. 4. §. 2.*

Secundo, salaria quæ dantur exercentibus aliquod ministerium in causa, puta Notariis, vel Magistris actorum, iudex potest determinare, *ca. statutum, §. notarium,* & ibi Gemin. *de rescript. lib. 6.*

## STRIGÆ, SIVE LAMIÆ.

PRIMO, quod eant in corpore, & vivæ noctis tempore, video Sylv. *in ver. heresis. 3. per totum.* & in toto opere de strig. Barth. Spineum *in apologus de hac materia,* Cast. *lib. 1. cap. 16. de iust. heret. punit.* Laur. Anan. *de natura demon.* Nav. *ca. 2. nu. 8.* Tabien. *in ver. Diana, per totum.* Grill. *in opere suo de Malefic.*

Secundo, quod interdum solum videntur imaginariæ, & phantasticæ, habetur *in ca. Episcopi. 26. qu. 5.*

Tertio, curare debent locorum Or-

dinarum ad istas insectandas, quia corrumpunt totum orbem, & labefaciunt animas fidelium, cum subjacent eorum jurisdictioni, & tanquam iudicibus ecclesiasticis, & tanquam inquisitoribus. Syl. *loc. cit. nu. 10. §. 8.* Cast. & alii.

Quarto, qua praxi sit utendum in tortura istarum strigimagarum, & maxime, quando non consentitur ex durtia, & auxilio dæmonum? Vide Sylv. *lib. 3. cap. 3. puncto penult. & ult. de strigibus,* Grill. *libro 4. cap. 4. fol. 90. & 100.* ubi varias variatas & remedia habes, & verba adjuratoria *ibidem.*

## SUPERSTITIO.

PRIMO, non licet portare brevia cum aliis characteribus, præter lignum crucis; Sylv. *in ver. superstitio, §. 10. versio, quartum,* nec annulos, ubi sunt literæ quæ non cognoscantur, vel non intelligantur, Armil. *ver. sortilegium, numero 3,* nec nomina inusitata, quasi Dei nomina ineffabilia. Tabien. *in ver. fors, §. 8.* Cajet. *in Sum. in ver. superstitio.* Secundo, Astenl. *libro 1. tit. 15. q. 2.* Mall. *malef. p. 2. questio. 1. capitul. 16. fol. 179.* nec uti herbis, lapidibus, imaginibus, carminibus, & aliis huiusmodi, cum observatione, Cajetan. *loco citat.* nec pro dolore sanando dici ad aures equi, aut muli, Pater noster, seu Ave Maria, vel utendo verbis sacris scriptis in pelle, vel tali hora, Cajet. *in ver. incantatio, Angel. in ver. superstitio, num. 7.* Grill. *l. 2. c. 1. & capit. 6. numer. 18. de sortileg. D. Thom. 2. 2. question. 96. artic. 2. in corpore.* Et ad primum argum. Sylvest. *de strig. libr. 2. cap. 2. punct.*